

Ad Memoriam autem seu Memorias de aliis pluribus Martyribus, post singulas Antiphonas dicantur singuli Versiculi, ordine infrascripto.

I. V. Lætāmini in Dómino, et exsultáte justi. R. Et gloriámini omnes recti corde., nisi jam post Hymnum dictus fuerit.

II. V. Exsúltent justi in conspéctu Dei. R. Et delectén-
tur in lætitia.

III. V. Justi autem in perpétuum vivent. R. Et apud Dóminum est merces eórum.

AD II. VESPERAS.

Super Ps. Ant. vij. toni. JUSTORUM. Ps. 109. Dixit Dóminus Dómino

me-o : * Sede a dextris me-is :

Donec ponam inimicos
tuos, * scabéllum pedum
tuorum.

Virgam virtutis tuæ emít-
tet Dóminus ex Sion : * do-
minare in médio inimicorum
tuorum.

Tecum princípium in die
virtutis tuæ in splendóribus
sanctórum : * ex útero ante
luciferum génuí te.

Jurávit Dóminus, et non
pœnitébit eum : * Tu es
sacérdos in æténum se-
cúndum órdinem Melchí-
sedech.

Dóminus a dextris tuis, *
confrégit in die iræ suæ
reges.

Judicábit in natióibus,
implébit ruínas : * con-
quassábit cápita in terra
multórum.

De torrénte in via bibet : *
proptérea exaltábit caput.

Psalmus 112.

LAUDATE púeri Dómi-
num : * laudáte nomen Dó-
mini.

Sit nomen Dómini bene-
dícum, * ex hoc nunc, et
usque in sæculum.